

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicicia bp
cum fonte primo

Sunt qui
effusius merent quia uerentur
ne dubium sit an amauerint.
Sera indicia sui affectus querunt.
Si habemus alios amicos, male de hiis et
meremur et existimamus quia parum
ualent in unius elati solacium; si non
habemus, maiorem iniuriam ipsi nobis
fecimus quam a fortuna accepimus.
Illum unum abstulit nos quemque
non fecimus. Deinde ne unum quidem
nimis amavit qui plusquam unum amare
non potuit.

Seneca LXIII. epistola ad Lucillum.

ideoque tunc
effusius maerent quia verentur
ne dubium sit an amauerint;
sera indicia adfectus sui quaerunt.
Si habemus alios amicos, male de iis et
meremur et existimamus, qui parum
valent in unius elati solacium; si non
habemus, maiorem iniuriam ipsi nobis
fecimus quam a fortuna accepimus:
illa unum abstulit, nos quemcumque
non fecimus. Deinde ne unum quidem
nimis amavit qui plus quam unum amare
non potuit.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*
epistulae morales, 63.9-11 (L. Reynolds
ed., vol.1, pp.171-2, ll.24-28, 1-3).